

1593 ribus copiis obſtendum potius eſt : id quam difficile ſit, ne-  
mo ignorat ; atque ut comparari ejusmodi exercitus poſſit,  
quis vel militari prudentia ac virtute inſignis, vel in geren-  
da republiça parum exercitatus ambiguo certaminis eventu  
de toto imperio dimicandum ſuadeat ? Una igitur tantum tu-  
telæ ratio ſupereret, ut munimento aliquo hoſtium impetus re-  
tardentur ac reprimantur. Equis erit, qui, cum de nova  
bac arce agetur, non ad eam omni conatu ſervandam accur-  
rat ? Omnes, qui veftro parent imperio, ultro accedent, cum  
ex eo munimento agros, fortunas, uxores, filios pendere no-  
verint : nemo etiam erit in ampla bac civitate patricius, ne-  
mo civis, plebejus nemo, qui pro ea arma induenda non exi-  
ſimet, ſeque & vitam iſam pro domicilio ac patria effundere  
non arbitretur. Nullus demum in Italia Princeps, qui, ru-  
more tantum de illius oppugnazione diſſipato, non excitetur,  
ſecumque in ejus incolumitate rem propriam agi existimans,  
ad commune veluti incendium extinguendum non accurrat.  
Quid ? quod iſius tantum propugnaculi fama permotus veri-  
tusque hoſtis, ne, quantum equitatus ac peditatus gignit at-  
que alit Italia, in ejus perniciem convertatur, de ea inva-  
denda conſilia abſicet ; atque ita cum immortali Veneti no-  
minis gloria impervim in hanc provinciam iter, pernibili hoc  
erecto propugnaculo, evadet ? Cur igitur, prætantissimi Pa-  
tres, cunctamur ? cur ambabus ulnis ſalutare hoc Senatus  
consulum non amplectimur, tot undique utilitatibus refertum,  
ut non humano ſolum conſilio, ſed natura iſa magistra inci-  
tari videamur, quæ cunctorum quamvis exilium animantium  
ingenia egregie ad propriam ſalutem armavit ac instruxit ?  
An potentissimi hoſtis, qui in dies viribus auctus, nova molitur,  
progressus expectabimus ? permittemusque, ut inutili bac mora  
neque querelis in posterum, neque paenitentiae locus ſit ? In  
vobis ſitum eſt, Patres, Carnos tutos reddere, immo, quid  
Carnos dicam ? Venetam omnem regionem, florentissimas ve-  
ſtras Galliæ Cifalpine urbes, hanc inclitam civitatem, Rei-  
publicæ domicilium, Italiam iſam, atque, ut uno verbo dicam,  
universam christianam rem publicam tutam incolumemque ſerva-  
re. Vobis, vobis, inquam, id ſumma Dei Optimi Maximi beni-  
gnitate confeſſum eſt, quod olim Romanæ reipublicæ proprium  
fuit,